Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractio de incarnatione - Cod. Ettenheim-Münster 198

Mangillius, Antonius

[S.l.], 1632-1634

Capvt II.

urn:nbn:de:bsz:31-117158

Visual Library

quæ ē terminus ad quem conuersionis succedat alteri substiæ in aliquo munere, ita vt per ~~eand~~ suam successionem eandem substiam destruat, siue ipsa de nouo producatur, siue tm̄ de nouo adducatur, vel succedat in munus prioris substiæ, id e. sufficit ad hoc vt conuersio sit desitio et transitus vnius substiæ in aliam, in quo consistit rāo ē definitio substialis.

Obycies: ad conuersionem substialem necessario requiritur vt substia quæ ē terminus a quo conuersionis siue quæ conuertitur destruatur. Et etiam ad eandem conuersionem requiritur vt substia quæ ē terminus ad quem conuersionis ē in quam altera substantiæ conuertitur de nouo producatur; ē e. par rāo, alioquin n̄ erit conuersio substantialis. R negando rseq: rāo disparitatis ē, qa conuersio substialis, vt pt̄ ex ipsius definitione, importat desitionem substiæ quæ conuertitur, substia e. n̄ pt̄ conuerti vel transire in aliam substiam, nisi in seipsa destruatur ac desinat, contra vero definitio conuersionis substialis tm̄ exigit, vt substantia in quam fit conuersio, succedat priori substiæ eamq destruat, siue huiusmodi ꝑ successio fiat per productionem substiæ in quam fit conuersio, siue ita fiat vt aliqua substia præexistens succedat in aliquo munere substiæ quæ conuertitur ē sit incompoibilis vel opposita conseruaōi eiusdem substantiæ.

CAPVT. II.

An per consecrationem fiat vera conuersio panis in Chri corpus, et vini in sanguinem?

Negant Lutherani, qa putant in Eucht̄ia remanere panis substiam vna cum Chri corpore; idem negant Calvinistæ, qa negant Chru secundum substiam sui corporis vel sanguinis ēe præsentem in Eucht̄ia.

Propositio Catholica ē per consecraōem panem vere conuerti in Chri corpus ē vinum in sanguinem. Pbt̄ 1mo ex definitione ē declaraōe Concily Lateran sub Innocent. 3 can. 2 qui refertur in in capit. firmiter de summa Trinitate. ex Concilio Florent. in decreto Eugeny 4 § tertium ē. ē ex Trid. sess. 13 cap. 4 ē can. 2 quorum Conciliorum verba hic n̄ referimus, qa capite sequenti necessario referenda st.

2do pbt̄ ex Patribus, Chrysost. e. homil. 83 in Matth. ait Chrum ēe illum qui panem ē vinum in altari sanctificat ē transmutat. Nissenus in oraōe Cathech. cap. 27 asserit Dei verbo

panem

panem in Chri corpus transmutari, et paulo inferius virtute eiusdem verbi nras quae apparent transelementari. Et Cyrillus Alexand. in epla ad Carosinum ait illa quae in altari offeruntur a Chro immutari in veritatem propriae carnis. Damasc. lib. 4 orthodoxae fidei cap. 14 docet panem et vinum mirabili modo converti in Chri corpus et sanguinem. idem docent alij Patres quos habes apud Suarez disp. 50 sect. 1.

Denique pbr ratio: qa substia panis per consecraoem desinit ee sub specibus panis et desinit ee in se, nempe ex positione corporis Chri sub accidentibus panis, idem dicitur de substia vini &c. Ergo panis per consecraoem vere convertitur in Chri corpus. Conseq. ptt. Ans pbr: imo quoad priorem partem, nempe qd substia panis per consecraoem desinat ee sub specibus panis, qa si panis substia per consecraoem n desineret ee sub specibus panis, sequeretur verba illa consecraois sive Chri: hoc est corpus meum n ee vera, sed hoc e falsum et haereticum. Ergo. Minor et conseq. ptt. seq: ma: pbr: ut vera sint illa verba, hoc est corpus meum, necesse e ut sub accidentibus panis sit Chri corpus, ut per se ptt, atqui si sub illis eet substia panis verba illa n eet vera. hoc a. pbr: qa pronomen illud demonstrativum hoc supponit pro substia contenta sub accidentibus panis et eadem ~~sub~~ accidentia sustentante, ita ut sit idem dicere hoc e contentum sub his accidentibus, atqui si panis substia eet sub illis accidentibus et eadem sustentaret, pro eadem substia supponeret pronomen hoc, et per consequens verba consecraois sive Chri hoc est corpus meum vera n eet si panis substia n eet idem cum Chri corpore, qd e oio falsum.

R. dere quis poet pronomen demonstrativum hoc supponere vage vel indefinite, et ideo n significare oe contentum sub accidentibus panis sed saltem aliquid ex contentis, ac proinde verba consecraois ee vera, etiamsi substia panis remaneat simul cum Chri corpore sub accidentibus panis consecratis. Sed contra e, qa pronomen hoc vere n supponit vage vel indefinite, sed determinate pro toto vel oi contento sub accidentibus panis, quibus mediantibus fit demonstrao per illud pronomen hoc; id a. pbr: qa si v. g. in aliquo marsupio sit aurum et argentum, et aliquis ostendat alteri illud marsupium et dicat: hoc e aurum; falsum dicet, qa pronomen hoc demonstrat oe. vel totum ~~contentum~~ contentum sub marsupio, et tantundem in eo casu e dicere, hoc est aurum, atq totum contentum in hoc marsupio e aurum, ut ptt ex cuius modo loquendi. Ergo similiter si sub accidentibus panis simul cum Chri corpore contineatur etiam substia panis falsa erit illa propositio: hoc est corpus meum; qa sensus e totum contentum sub his accidentibus e corpus meum, qd eet falsum si etiam post

conse=

consecracem remaneret substantia panis.

Ad 2 dicit 2do hoc modo: Deus potuit efficere per consecracem vt Chri corp continetur in ipsa panis substa, ita vt sensus Morum verborum hoc est corpus meum sit hic: contentum in hoc pane è corpus meum, in hoc a. casu vera è est propositio consecrandis è tri post consecracem remaneres substia panis cum ipso Chri corpore sub accidentibus consecratis, ac proinde ex veritate verborum Chri n pt colligi panis absentia. Sed contra è, qa si sensus è est contentum in hoc pane è corpus meum deberet superaddi aliqua alia particula, qa pronomen illud hoc n sufficienter id significaret, ptt: qa quotiescunq ostendatur aliqua res quæ neq ex vi horum neq naliter è contentiua alterius, è de illa per verbum est enuntiatur vel affirmatur hæc, nulla è rtio nec vllum principium unde collegatur, id ostendatur illa res vt formaliter continens aliam quæ de ipsa affirmatur, ac proinde ex cui modo loquendi propositio accipietur in eo sensu vt per ipsam significetur identitas inter rem demonstratam, è ipsum prædicatum vel rem affirmatam, id si per eandem propositionem significetur, id res demonstrata contineat rem affirmatam, sensus reputabitur ab omnibus aquiuocus è fraudis inductiuus, hoc a. ptt: qa si quis in pomo v: gr. occultet aurum, è deinde pomo ostendo dicat: hoc è aurum, qa pomum non ex cui vsu horum neq naliter è contentiuum, qui illud dixerit aut euidenter dicere existimabitur aut, qa n è ita stultus vt putare potest id pomum sit aurum, censebitur aquiuocare, ita vt unum intendat è de altero significet, è ideo propositio illa n censebitur è vera iuxta cuiusmodum loquendi, id etiam affirmandum est de illa Chri propositione si haberet sensum in responsione intentum, id a. admittere nefas è.

Ad 3tio pt sensum verborum Chri è hunc: id hic continetur, siue continens sit panis siue eius accidentia, è corp meum siue Chri, qui sensus verus è, etiamsi cum Chri corpore panis substantia remaneat sub accidentibus consecratis. Sed contra è, qa si contentum demonstretur per continens nisi determinate cognoscatur continens n pt illigi id nam sit contentum id demonstratur, qa demonstrando continens facimus vt contentum innotescat ipsum continens, quare si continens sit indeterminatum, vt est in presenti casu, n pt continens demonstrari, ita vt per ipsum demonstretur contentum. Id si forte dicas sensum propositionis è, contentum hic, id è, hoc loco è corpus meum. Contra è, qa per particulam hoc n demonstratur contentum in loco, sed eadem particula per accidentia panis demonstratur contentum sub illis, vt patet ex communi modo loquendi.

Quarto Ad 4ti

Quarto Rderi pt etiamsi sub accidentibus panis eius substia remaneat cum Chri corpore nihilominus verba consecrationis ee vera, eo qd per ipsa panis substia hypostatice fiat unita Verbo diuino, e sensus verborum consecrationis sit, contentum sub his accidentibus qd e panis e corpus meum, vt voluit Rupertus Abbas in cap. 6 Ioanis ad illa Chri verba: panis quem ego dabo caro mea e. Sed contra e, qa huiusmodi vnio hypostatica e oio inaudita in Ecclia neq sine temeritate pt asseri. 2do contra e, qa neq per huiusmodi vnionem saluatur veritas propositionis smtalis. pbt: qa per vnionem hypostaticam n fit vt pars naa vere poit per verbum est prædicari de toto aut totum de parte, vnde n pt dici, Chri corpus vel Aia e Deus, qa Deus e suppositum, corpus a. Chri vel Aia n e suppositum, itaq cum corpus in illa propositione hoc est corpus meum ponatur pro altera parte humanitatis Chri, vt infra constabit, panis a. sit suppositum, n poet contentum sub accidentibus qd e panis prædicari de Chri corpore aut Chri corpus de eodem contento, sicut nec Aia pt prædicari de corpore.

Deniq pt responderi, quamuis substantia panis remaneat sub his accidentibus cum Christi corpore, verba tamen consecrationis ee vera, eo qd panis per eadem verba hypostatice vniatur Christi corpori, vt voluit quidam Ioannes Parisiensis apud Waldensem tomo de Sacramentis cap. 65. Sed contra e, qa etiam huiusmodi vnio hypostatica e eodem modo noua e temerarie asseritur. deinde contra e, qa cum Christi corpus n subsistat nisi subsistentia Verbi, n pt hypostatice assumere panem vel eius naam, nisi ex eo qd Verbum hypostatice assumat illam, hoc a. posito panis subsisteret eadem subsistentia, qua subsistit Christi corpus, e per consequens subsisteret subsistentia Verbi, atq ita panis n assumeretur hypostatice a Chri corpore sed a Verbo, qd n concedit Parisiensis. deniq contra e, qa etiamsi panis posset hypostatice assumi a Christi corpore, adhuc prædicatio illa contentum sub his accidentibus qd e panis e corpus Christi n eet bona, ratio e, quia cum panis sit ens integrum e natura completum, hoc ipso quod subsistit e suppositum, corpus autem Christi prout est altera pars humanitatis n e suppositum, e ideo prædicta prædicatio fieri n pt, sicut neq dici pt Verbum e Aia aut Verbum e corpus Chri, quia licet corpus e Aia Christi subsistant subsistentia Verbi, n tn subsistunt vt suppositum, atq ex hactenus dictis ptt nonnullos male asseruisse seclusa Ecclesiæ auctoritate, n poe ex Scriptura probari absentiam panis in hoc Sacramento, cum

verè

vere id probetur ex germano sensu verborum consecraōis siue Christi.

Iam verò pbt 2da pars antecedentis argti supra facti ad probandam nrām conclioem, quæ pars erat: substantiam panis per consecraōem desinere ēe etiam in se. id.a. pbt: qa per consecraoem accidentia panis desinunt ēe dispositiones maā panis ad formam eiusdem &c per ~~fiam~~ consecraōem forma panis desinit, qa necesse ē formam substantialem desinere ad desitionem dispositionis necessariæ, desinente.a. forma panis nec succedente alia in eius locum n̄ ē cur amplius conseruetur maā panis in qua erat forma panis, ac proinde per consecrationem desinit forma, maā, ē tota substantia panis. qd.a. forma panis desinat ex positione corporis Christi sub accidentibus panis, vt dictum in eadem 2da parte antecedentis prædictæ rationis pbt: qa ex vi verborum consecraōis ita ponitur Chri corpus sub accidentibus panis vt ea sustentet ē quidem adæquate, vt colligitur ex veritate eorundem verborum &c ex positione corporis Christi sub accidentibus panis destruitur connexio substiæ panis cum ipsius accidentibus, quæ connexio consistebat in sustentāte quam panis raōe suæ maā exercebat circa eadem accidentia. destruitur, inquam, qa duæ sustentationes totales eorundem accidentium n̄ possunt saltem realiter ēe simul, ē adueniente altero necessario altera recedit siue destruitur, ac proinde destructio prædictæ sustentationis quam panis substantia exercebat circa accidentia sua, sicut importatur a veritate verborum Imtalium, ita etiam causatur a positione corporis Christi sub accidentibus panis.

Obycies: ad veritatem verborum consecraōis n̄ requiritur vt substantia panis desinat, sed sufficit si desinat vnio ē nexus inter substiam panis ē ipsius accidentia siue conflatum ex panis substia ē ipsius accidentibus vt ē quoddam compositum, etiamsi ipsa panis substantia alio translata conseruetur, ita vt n̄ amplius contineatur sub accidentibus quibus prius ipsa continebatur, ē postea continetur Christi corpus &c ex veritate verborum consecrationis n̄ colligitur desitio substiæ panis. Rx

Rx ex veritate verborum consecraōis colligitur n̄ solum destrui compositum ex panis substia ē eius accidentibus, sed etiam ipsam panis substantiam desinere, hoc.a. ex veritate eorundem verborum colligitur suppositis naturis rerum ē qd n̄ absq necessitate fingatur nouum miraculum, siquidem ex vna parte habemus propter veritatem eorundem verborum n̄ pōe, vt constat ex supra

dictis

dictis, substantiam panis manere sub accidentibus suis; ex altera vero parte constat n̄ pōe nāaliter manere substiam spoliatam suis accidentibus, et ideo dicimus per verba consecraōis substantiam panis destrui. praeterea ex veritate eorundem verborum suppositis rerum naturis colligitur destrui formam substantialem panis, q̄a fōa māalis quando totum corrumpitur perit, siquidem tunc pereunt dispositiones necessario requisitae ad conseruaōem formae māalis, et in casu nro quamuis accidentia panis n̄ pereant, pereunt tn̄ in raōe dispositionis ad formam panis, quatenus desinunt informare et disponere eius māam eo q̄d ab ipsa separentur. deniq eodem modo ex verbis consecrationis colligitur n̄ manere māam panis, q̄a māa panis per eadem verba separatur a forma panis et ab omnibus panis accidentibus, neq transit ad aliam formam substantialem cum ad eam n̄ possit disponi ab vllo agente nāali, neq transit ad alia accidentia, q̄a nullum ē agens nāale q̄d in huiusmodi māam, vtpote separatam ab omni quantitate possit agere, ac proinde n̄ ē cur eadem māa debeat conseruari in rerum nāa. adde q̄d si māa illa separata ab omni quantitate conseruaretur a Deo, deberet in instanti quo separatur reduci ad aliq̄d indiuisibile loci, nimirum per aliquam actionem et aliq̄d supernāale superadditum, aut certe per aliquid supernāale conseruari in aliquo loco diuisibili, ita tn̄ vt eēt tota in toto et tota in qualibet parte loci.

Quod si dicas māam illam separatam ab omni forma et ab omnibus accidentibus conseruari a Deo in eum finem, vt postea quando Chri corpus desinit ēe sub accidentibus panis per eorum mutaōem eadem māa in locum corporis Christi succedat ad sustentanda eadem accidentia. Contra ē, q̄a hac raōe n̄ vitatur miraculum reducendi māam ad locum indiuisibilem, vel ponendi illam totam in aliquo toto loco diuisibili et totam in qualibet eius parte. 2do contra ē, q̄a māa nāa sua n̄ exigit conseruari propter huiusmodi finem, alioquin ex nāa sua exigeret alterum ex praedictis miraculis; atq ex his ptt, nisi velimus absq fundto confingere miracula, dicendum ēe q̄d colligatur n̄ solum panem vt totum quoddam ē sed eius etiam formam et māam conuerti in Chri corpus, q̄d etiam significat Concilium Trident. sess. 13 cap. 4 dum asserit propter veritatem eorundem verborum semper in Ecclesia persuasum fuisse, q̄d per consecraōem fiat conuersio totius substantiae panis in substantiam corporis Dni, et totius substantiae vini in substantiam sanguinis.

Obycies: propositio illa hoc est corpus meum vera ē,

si panis

si panis verificat de in ⊕ quamvis id contingat per simplicem corruptionem panis nulla intercedente conversione & ex veritate verborum consecrationis h colligitur propria conversio panis in Christi corpus. Antecedens pbt: qa si Christi corpus ponatur sub accidentibus panis, & panis sta desinat et eius destructio h pendeat a positione corporis Christi sub ijsdem accidentibus hic hodiernus ille propositio erit vera.

R. per distinctionem Antecedentis, nulla intercedente conversione propositio illa de vera speculative loquendo per positionem corporis Christi sub accidentibus de panis destructionem qua a positione corporis Christi h dependet concedo, de vera practice loquendo nego Ans, neq; eadem propositio sine conversione panis potest esse vera secundum significationem practicam & operativam rei significatae, qa posita illa significatione necesse est ex vi eiusdem corpus Christi poni sub accidentibus panis, & per consequens ob veritatem verborum consecrationis, qua veritas abq panis destructione h potest consistere, necesse est panis substantiam desinere et sub accidentibus panis, imo desinere simpliciter cum h possit naturaliter remanere, vt constat ex supradictis, qd a. verba illa consecrationis debeant habere significationem & veritatem practicam, constat ex eo qd etiam in reliquis sacramentis eorum forma habet similem significationem & veritatem, & ex eo qd illa eadem Christi verba quae repugnat h esse vera, ad rei veritatem necessario exigunt accidentium separationem a substantia panis.

Obicies 3tio: conversio vnius rei in aliam h fit et esse abq subiecto communi manente sub vtrq termino, qd subiectum transeat de vno de in aliud, sed in consecratione nullum subiectum cone, siquidem tota panis substantia desinit & in consecratione h fit vera panis conversio. R. maiorem esse veram si intelligatur tantum de conversione naturali siue facta vi agentis naturalis, cuius rei ratio est, qa agens naturale a nihil potest agere vel producere, aut corrumpere nisi in subiecto, falsa tn est eadem maior, si intelligatur secundum totam vniversalitatem quam potest habere, qa cum divina virtus possit etiam ipsum primum subiectum producere & destruere, eadem virtute diuina fieri pt conversio in qua nullum interveniat subiectum commune siue manens sub vtrq termino, quamvis et in huiusmodi conversione necessarium sit aliquid commune vtrq termino, vt constat ex supradictis, cum igitur in consecrato maneant accidentia panis, sub quibus

prig

priuserat substantia panis, cui succedit Chri corpus, quod cum eadem panis substantia respectu eorundem accidentium habet aliquam incompossibilitatem mirum n̄ ē si per consecrationem fiat vera conuersio, quamuis in ea sit nullum commune subiectum vtriq termino eiusdem conuersionis.

Quod si dicas cum Durando in 4. dist. 11. q. 3 art. 5. qd mana panis post consecrationem remaneat ē incipiat pertinere ad Christi corpus, sicuti alimenti mā post nutritionem incipit ēe pars aliti. Contra ē, qa hoc ē nimis absurdum, siquidem inde sequeretur Christi corpus quotidie magis ac magis augeri ē iam excreuisse ad maximam quantitatem, atq conuersionem panis in Christi corpus potius ēe transformationem quam transubstantiationem, qd ē contra veritatē Catholicam, vt infra constabit. Adde qd Christi corpus per consecrationem substantialiter mutaretur, qd ē contra communem Doctorum sensum, sicut etiam idem absurdum rursum sequeretur si Durandus assereret Christi corpus, cum ipsum desinit esse sub speciebus Sacramentalibus, amittere ē derelinquere mām panis iam acquisitam per consecrationem.

Obycies 4to: conuersio n̄ pt ēe absq incompossibilitate earum rerum inter quas ē conuersio per quam vna res desinit ex positione vel præsentia alterius, sed præsentia corporis Christi sub accidentibus panis nullam ht incompossibilitatem cum substantia panis respectu eorundem accidentium, corpus e. Christi n̄ ē sub accidentibus tanquam subiectum in quo illa sustententur, sed tantum ē illis intime præsens ē totum in toto ex illo aggregato, ē totum in qualibet parte sicut ē Deus, ē sicut pōt ēe aliqua alia substantia spiritualis vt Angelus cuius præsentia nullam ht incompossibilitatem cum substantia panis, ē sicut probabile ē de facto Dæmonem interdum ēe totum præsentem toti corpori humano a se obsesso ē totum singulis eius partibus.

R. negando minorem, vere e. præsentia corporis Christi ht incompossibilitatem ē quidem physicam, cum substantia panis sub ysdem accidentibus, nam cum Christi corpus ita sit præsens accidentibus panis, vt ea sustentet in genere causæ efficientis, vt infra dicemus, neq accidentia posita tali sustentatione sint capacia sustentaōis quam nāaliter ht substantia panis, eo qd nullus effectus satem nāaliter loquendo possit simul pendere a pluribus causis totalibus, sequitur præsentiam corporis Christi sub accidentibus panis esse etiam physice incompossibilem cum substantia panis præsente accidentibus eaq sustentante.

Ad can=

Ad eandem obiectionem Rdet Koningh dub. 4. in art. 4. quæst.is 75 S. Thomæ corporis Christi positionem sub accidentibus panis habere connexionem moralem cum desitione panis, qd idem e atq præsentiam corporis Christi sub accidentibus ee cum præsentia panis incompossibilem moraliter, siue ex decreto Dei nolentis conseruare panem præsente corpore Christi, atq hoc docet sufficere ad veram conuersionem. qd a. id sufficiat pbt: qa si Princeps alicui conferat præturam auferendo illi Senatoris officium qd prius habebat, vere diceretur conuertisse Senatorem in Prætorem, etiamsi potuisset illi relinquere vtrumq officium. similia docet Vasquez disp. 183 cap. 2. Sed ho contra hanc responsionem e, qa si ponatur tm incompossibilitas moralis inter præsentiam corporis Christi e panis præsentiam sub accidentibus eiusdem, siue moralis tantum dependentia desitionis panis a positione corporis Chri, conuersio panis in Christi corpus n videtur ee conuersio physica sed tantum moralis, e per consequens n erit conuersio perfecta e simpliciter dicta.

Quodsi dicas moralis causalitas e causalitas simpliciter, vt pbt ex eo qd merita dicuntur simpliciter causa beatitudinis, e Sacramenta causa gratiæ, & e connexio siue oppositio solum moralis inter terminos conuersionis sufficiet ad conuersionem simpliciter dictam. Rx falsum ee qd causalitas moralis sit causalitas simpliciter; qd si Theologi absolute solent dicere merita ee caam beatitudinis, dico eos de hoc modo loqui, quatenus agunt de rebus moralibus, e y: qui de moribus tractant caam moralem absolute appellant causam e bene, eo qd rae maæ de qua agitur facile illigitur de qua causa illi loquantur. ad illud a. qd dicitur de Sacramentis respectu graæ, Rdemus Theologos communiter cum S. Thoma docere Sacramenta physice causare graam, quare mirum n e si simpliciter dicant Sacramenta ee causam graæ; qd si aly Theologi aliter sentiant, e nihilominus eodem modo loquendi vtantur y n videntur adeo cohærenter loqui. ex quo pbt qd licet apud aliquos moralis oppositio e connexio terminorum conuersionis sufficiat ad conuersionem ab ipsis simpliciter dictam, n tn sufficit ad conuersionem perfectam e simpliciter dictam apud homines e præsertim apud eos ad quos ipsa conuersio pertinet nempe apud physicos, verum quia hæc quæstio, vt constat, est de nomine, in ea n e amplius immorandum.

Caput. III.